

D. l. 139

28  
be

68  
Bm

Geog. X  
N. 3, 240

DE *de*

# VIATORIS

AD CIVITATEM CAELESTEM TENDENTIS *28*

PVEROS ATQVE ADOLESCENTES

AD RES DIVINAS ET HVMANAS

*ERVDIENDI STUDIO*

TAMQVAM OPERE ALIORVM CARITATIS

LONGE NOBILISSIMO

MEDITATIO

---

QVA

## AD ORATIONES

*IN MARTINEO HALBERSTADIENSI*

AD D, XIII, NOVEMB, HOR. IX, ANTEMERID, CIO 13CC XXXXVIII,

BENEVOLE AVDIENDAS

*INVITAT*

M. CHRISTIANVS FRIDERICVS HERTEL

AD AED. SPIR. S. PAST. ET MARTIN. RECT.

---

*HALBERSTADII LITTERIS FRIDERICIANIS.*



DE  
VIATORIS  
AD CIVITATEM CAELI  
Argumentum.

**D**EVS est ens infinitae bonitatis ac sapientiae, §. I. Homo capax est huius vitae felicitatis et beatitudinis futurae, eiusque perpetuae, §. II. Finem, quem DEVS habet sapientissimum, homo etiam suum omni studio faciat scopum, §. III. Ab hoc uero deflectit, ideoque contrahit animum, et sentit inquietudinem, §. IIII. Sacrae litterae sine opinione praeeconcepta perlustratae docent, qua ratione, superatis difficultatibus, scopum nostrum salutariter inuestigemus, §. V. Monstrant etiam uiam, qua optimo numini res nostras et salutem omnem in hac uita atque futura firma animi confisione committamus, §. VI. Duplicem iccirco habemus theologiam, uiatorum aliam, aliam comprehensorum, §. VII. Viatores ita aetatem degunt omnem, ut DEO obsequium praestent, et aliis caritatis opera, §. VIII. Quo hominis pars, in quam sum beneficus, est nobilior, eo uerior et maior, quem prae me fero, dicendus est amor, §. VIII. Quo quis est ad disciplinam docilior, cura hoc acriore ad doctrinas salutare est imbuendus, §. X. In pueris et adolescentibus instituendis labor ponitur utilissimus, et humano generi quaestuosissimus, §. XI. Quibus munus occasioque pueros adolescentesque docendi sordet, illi prae dunt prauum animum, nesciuntque uitae futurae praemia, §. XII.





§. I.

SI DEVM cogito, ens cogito infinitae bonitatis, quod rebus meis prouidendi perfectissime nouit rationem. Si DEVS rationibus meis prospiciendi modum in omnes partes et plenissime intelligit, infinitae sit sapientiae, necesse est.

§. II.

EXINDE sequitur, finem in hominibus producendis optimo numini etiam fuisse longe sapientissimum. Hinc, quando hominem in hoc sistit mundi theatrum, uult,

eum tali uti felicitate, cuius est omnino capax. Compos uero non huius modo uitae felicitatis fieri potest, sed futurae etiam, eiusque perpetuae, beatitudinis. Dedit enim omnium rerum procreator ipsi mentem in omnem aeternitatem durabilem.

§. III.

HVNC DEI finem homo etiam suum faciat scopum. Hinc omni ope enitatur, ut, quum sua ipsius res agatur, eundem scopum animo suo numquam non praefigat, curasque omnes ac cogitationes in hoc fine salutari aeternoque collocet adsequendo. Iccirco omnibus, quae ipsum circumstant in hac uita, ita utatur, ut studium ad summam perueniendi felicitatem atque beatitudinem minime languescat, sed excitetur intentissime ac pulcherrime.

§. IIII.

NON dubitamus, fore complures, qui, quae diximus, probe intelligant, suoque comprobent calculo. Fieri etiam non potest, quin non nulli in eiusmodi uita, huic consilio conformi, periculum faciant instituenda. Sed breui animaduertunt, inscios sese, atque inuitos, a scopo, quo intendebantur cogitationes, prorsus deflectere; ideoque desiderio infinito, quod ipsis innatum est, et a quo numquam non stimulantur, obtemperare haud quaquam posse. Quae de causa animum contrahunt, desperantque, se ea esse fortituros, quae uere bona, diuinoque nutui congruentia perspexerant.

§. V.

§. V.

HOMO igitur, inquietudinem suam sentiendo, et uehementer secum luctando, legit ac relegit oracula, uiris caelesti lumine perfusis patefacta. Ita uero sacras expendit litteras, tamquam nondum legisset, illarum ductu nunc demum uitae, ad optimi numinis arbitrium dirigendae, exordium facturus. Seposita interea omni aliorum scripturae sacrae interpretatione, alioquin non contemnenda, et quauis facessere iussa opinione praeconcepata, pura ac defaecata mente praedito dubii nihil relinquitur, fieri posse, ut homo idoneus euadat, qui, qua pollet, ingenii aciem ad hanc curam intendat maxime salutarem. Neque potest sibi persuadere, fore, ut tantum umquam existat impedimenti ac difficultatum, quo minus illud, ad quod adspirat, ex uoto, immo supra uota, consequatur.

§. VI.

PRO bonitate sua, quam non nisi immensam nobiscum omnes recognoscant, necesse est, digitum quasi DEVS intendit ad rationem, rebus nostris omni aeuo prouidendi, explicatam atque aptissimam. Quam simul ac percipimus, patet et in promptu est omnibus, dicendam esse summo numine dignam, perfacilem, iucundam, excellentem. Illa enim est uera fides, uti uulgo loquimur, siue firma animi confisio, qua salutem nostram esse committendam Christo, seruatori nostro diuino, sacrarum litterarum praeceptio est primaria. Non uero potest homo non intellegere, se ratiocinatione sua, omnique mentis nisu, hunc

suauem tenerrimumque animi motum non ualere intra praecordia sua exfuscitare. Quando uult, expenso boni per Christum parti pretio, animum tranquillare, semper tamen dubitat, alucinatur, insistasque in DEVM adhuc dolens sentit inimicitias. Quapropter quum uideat, DEVM ad suae benignitatis fruitionem non adlectaturum esse hominem, nisi etiam fieri posset, ut is ad eundem, omnis boni scaturiginem, confugeret: conuinci sese patitur ipso sacrarum paginarum admonitu, illam fidem, qua merita liberatoris diuini nostra facimus, esse DEI solius opus, et beneficium summum, precibus, gemitibus et lacrimis efflagitandum. Atque, quin huic negotio omnium saluberrimo, certum quoddam tempus, quod memoria dignissimum, totiusque uitae nobilissimum dixeris, sit impendendum, nullus dubitabit. Voti sui hoc modo homo compos factus, gaudio perfusus cognoscit, se diuina luce collustrari, delictorum ueniam impetrare, iustum pronuciari, animum ad caelestia se iam appellere, adeoque nunc demum fructum ex sua uita percipere sempiternum.

#### §. VII.

EIVSMODI homines, denuo quasi in hanc lucem suscepti, quemadmodum et regeniti audiunt, uiatores solent appellari. Viatorum hinc datur theologia, cui in hac uita operam nostram ac meditationes dicamus. Renatis certe illa calcatur uia, qua tendunt ad metam suam, quaque ad patriam tandem perueniunt caelestem. Huc qui delati sunt



sunt, comprehensores dicuntur, cum comprehendentibus metam, quemadmodum uiatores cum currentibus ad eandem, comparati. Huius theologiae distinctionis Paullum apostolum esse auctorem, ex priore eiusdem ad Corinthios conscripta epistola cap. VIII. comm. 24. discimus; quemadmodum posterioris ad eosdem missae caput V. comm. 6. et 8. docet, homines regenitos in corpore peregrinantes, a Domino peregrinos abesse, aliquando uero, cursu absoluto, apud eundem futuros. Haec animo uolens quis est, qui non perspiciat, hunc, quo degimus, mundum, non tamquam domicilium bonum, atque proprium, sed diuersorium minime opportunum, esse considerandum; quamque traducimus uitam respici iter debere ad caelestem ciuitatem properatum. Quod si serius in rectum, quem omiseramus, tramitem reducimur: in eo gradus quasi duplicatos faciamus, maioreque ardore pristinam compensem tarditatem. Dicta hinc nobis putemus, quae in epistola ad Hebraeos cap. XII. comm. 13. 14. expressa leguntur, ubi apostolus monet, ut remissas manus dissolutaque genua porrigamus, et rectas pedibus istis orbitas imprimamus, ne claudum quod est, contorqueatur, sed potius sanetur.

§. VIII.

HOMINES usu et sapientia praestantes itinera ingrediuntur, ut negocia sua expediant, ut, quod sibi aliisque commodum est ac salutare, perficiant: quum contra socordes natura negligentesque modo animi causa, et ad otium  
tur.

turpiter fallendum, proficiantur. Parili ratione sapientia diuina praediti uiatores ita peregrinantur, ita in caelum intui uiuunt, ut fidem suam per obsequium DEO debitum manifestent, caritatisque aliorum opera exerceant. Tametsi nostrum esse intelligimus, unumquemque hominem uero complecti amore: exploratum tamen habemus, hanc animi nostri propensionem ardentiolem esse, debere in eos, qui nobiscum membra corporis seruatoris optimi dicuntur, quam in reliquos.

§. VIII.

DISCRIMINIS officiorum, quae regenitis debentur, atque aliis hominibus, hac natiuitate spiritali carentibus, iam animus non est habere rationem. Id modo nobis sumsum ponderandum, quae homini diuino lumine clarescenti maxima ac praecipua in alios, siue naturae, siue gratiae statu, uti theologi loquuntur, collocatos, respicienda sit amoris testificatio. Quod ut curate faciamus, duas attendimus mortalium partes essentiales, animum uidelicet atque corpus. Quo hominis pars, in quam sum beneficus, est nobilior, eo uerius et maior, quem prae me fero, dicendus est amor. Proinde, si alterius animo aliquid tribuo beneficii, si nimirum in quadam re, ad ipsius commoditatem uitaeque prosperitatem spectante, erudio, praeclarius de eodem promereor, quam si in corporis eius incolumitate curam consumo.

§. X.

QUO quis beneficii cuiusdam est capax, et quo ad  
dil.

disciplinam est docilior: studio eo intentiori eius mihi inferuendum est commodis, et cura hoc acriore ad doctrinas salutares est imbuendus. Iam uero adolescentulorum, utilissima quaeuis, ad hanc et futuram uitam pertinentia, scientia et cognitione comprehendendi facultas plerumque longe maior est, quam aetate provectorum. Quis igitur non uideat, prioribus maiorem esse operam nauandam instituendis, quam iis, quorum posteriori loco inieciimus mentionem. Iucundiores etiam sunt illi labores, et propemodum deliciae, quibus cogitata nostra ex uoto perficimus: quum contra nihil feramus molestius, quam alios instituendo oleum perdidisse atque operam.

§. XI.

QVO lucrum est praesentius, quod nostri uel aliorum caussa, ex re quapiam fieri potest: eo magis omni cogitatione feramur, necesse est, ad id, ex quo maiora commoda nobis aliisque adipiscimur. Viator enim, uitam hanc contractam esse recordans ac perbreuem, illius tempus ita transigendum esse putat, ut totam aetatem suam, functionesque in ea peragendas, DEO, sibi, hominibusque secum uiuentibus, lucrifaciat. Quilibet uero paullo prudentior, me non pluribus confirmante rationibus, clarissime uidet, in erudiendis pueris atque adolescentibus, praesertim ad liberalium artium disciplinam se applicantibus, laborem poni longe uberrimum, humanoque generi multo quaestuosissimum.

B

Ni.



Nihil igitur cuiquam doctrinas callenti ingenuas esse debet tam promptum, aut tam paratum, quam ut, quavis enata occasione, in docenda iuuentute studium omne suum profiteatur; munereque scholastico, si a DEO delatum fuerit, fungatur lubentissime, multaue ingenii dexteritate. Teste quidem constat experientia, in disciplinam nobis traditos, quando pietatem in DEVM cum scientia non arcte copulant, sua rerum cognitione, plus mortalium generi detrimenti adferre, quam emolumenti. At uero quum expendimus, quanto fenore operam in reliquos infumamus, qui bene se educari patiuntur; tum etiam haud ignoramus, DEVM animum nostrum et obsequium intueri; et, secundum illud paullinum, 1. Corinth. III. com. 2. in dispensatoribus nihil eundem requirere, nisi ut fidelis quis comperiatur.

## §. XII.

QVAE diximus, si a uiatore nostro, cuius in caelis est obuersatio, ulterius animo suo reputantur, tantum abest, ut is de munere in scholis docendi sibi demandato conquerratur; ut magnopere potius laetetur, partes in multis uitae generibus delatas ipsi ab optimo numine esse propemodum praecipuas. Neque enim ulli scholas fordescere, intelligit, nisi qui, ex iis se parum retulisse sapientiae, rubore suffusus debet confiteri. Venit hic in mentem, illos ordinis sacri horrescere candidatos, qui, uel contemptim habito scholastico officio, uel ex teneritate ac mollitie turpi lud

lud auersantes , per crimen ueteribus romanis pestiferum habitum , nimirum ambitus , hianti quasi ore munera captant ecclesiastica . Pruritus pallium et collare arripiendi , imperium in gregem Christi exercendi , eiusque sanguine panem lucrandi , animi prauis cupiditatibus capti est indicium . Melior contra is est , ac felicitior , qui , quando et quamdiu supremo rerum ita uisum est arbitro , durum et herculeum in scholis non fastidit laborem ; immo , cui se totum debet , seruatoris optimi caussa , sorte sua uiuit contentus , siue primae , siue aduolioris aetatis , discipulorum ingenia ipsi committantur formanda . Plurimas ita molestias tolerando atque incommoditates , opus peragit professione sua dignissimum , fideique ac caritatis nobilissimum . Seque aliquando , quamuis homines experiatur ingratos , praemia , diuinae gratiae testimonia , esse reportaturum , ex diuiniore sibi pollicetur litteris cumulatissime .



## Die Namen und Schemata der Redner.

1. **Johann Heinrich Friedrich Meyer**, von Oschersleben, handelt von der eigentlichen Absicht Gottes bey den Worten des sieben und dreißigsten Psalms, bleibe im Lande, und nähre dich redlich, französisch.
  2. **Johann Friedrich Ovenstedt**, von Oschersleben, von den nöthigen Eigenschaften eines in fremde Länder reisenden, in lateinischer Sprache.
  3. **Johann Heinrich Bernhard Ramholz**, aus Halberstadt, **Friedrich Wilhelm Balthasar Bergmann**, aus Halberstadt, und **Anton Johann Christian Probsthan**, von Harsleben, von den Merkwürdigkeiten bey den verdienstlichen Reisen Christi, in einem teutschen Gespräche.
  4. **Eberhard Johann Thomas Röper**, aus Halberstadt, von der Reise der Israeliten aus Egypten durch die Wüsten, als einem Bilde der Reise der Christen durch die Welt nach dem Himmel, in teutscher Sprache.
  5. **Friedrich Alexander Leopold Dransfeld**, von Wengenstedt in der Altmark, von dem gelobten Lande, als einem Bilde der Herrlichkeit im ewigen Leben, lateinisch.
6. **Iust**

6. **Just Christian Tüpke**, aus Halberstadt, von der vor  
hundert Jahren geschehenen grausamen Hinrichtung Carls  
des ersten, Königs von Engeland, in einem teutschen Trau-  
ergedichte.
7. **Carl Friedrich Wilhelm Enber**, von Thale im halber-  
städtischen, von dem Vaterlande, ob dasselbe fremden Län-  
dern, oder diese jenem, vorzuziehen seyn, teutsch.
8. **Johann Heinrich Friedrich Meyer**, von Oschersleben,  
von der allzugrossen und tadelnswürdigen Begierde nach neuen  
Zeitungen, lateinisch.
9. **Eberhard Johann Thomas Köper**, aus Halberstadt,  
von Schulen, als unerfanten Wohlthaten Gottes, in einer  
teutschen Ode.

Diese in der Redekunst sich fleissig, und mit gutem Fortgange,  
übende, empfehlen wir unsern hochwertheften Zuhörern aufs beste.  
Und da wir vermuthen, daß einige den Inhalt von der Geschichte  
des engländischen Königsmordes alhie gerne lesen möchten, so ha-  
ben wir denselben, von dem, der das Gedichte verfertigt hat,  
und es hersaget, entwerffen lassen, und beyfügen wollen.

Der Auftritt geschicht in einem der ausserordentlichen Bege-  
benheit gemässen Affekte. Man eröffnet sich gleichsam die Schau-  
bühne, ruft die vermoderten rebellischen Engländer mit ihrem schmerz-  
merischen und verruchten Cromwell aus ihren Gräbern heraus; und  
nimmt darauf von der jetzt laufenden Zeit, da eben hundert  
Jahre verflossen, Gelegenheit, sich den Weg zu seinem Vorwurfe  
zu

zu bahnen. Hierauf berühret man etwas von der Ruhe Teutschlandes nach dem dreißigjährigen Kriege, und stellet den Satan in seinem schrecklichen Zorn und Grimme vor, den er hierüber empfinden, daß er seine alten geliebten Wohnungen verlassen müssen; und beschreibet, wie er die Hölle citiret, und nach Erwehlung Engelandes zu seinem Sitze, und beschlossenen Königsmorde, mit einem Heere der verwegnen Höllengeister in einem entsetzlichen Sturme übers Meer nach Engeland geht. Dieses bringt er in Feuer und Flamme, und schlägt seinen Sitz in Cromwells Brust auf. Der innerliche Krieg geht an. Der König wird von Cromwellen geschlagen, fliehet nach Schottland, wird gefangen, verkauft, und zum Tode verdammt. Dieser Besalbte höret mitten in der Unruhe seines Gewissens das Todesurtheil, geräth darüber in die größte Verzweiflung, wird von Jurton, seinem Beichtvater, beruhiget, und zum Tode bereitet. Carl erscheinet hierauf in einer andern Gestalt, als ein begnadigter Glaubensheld, und gekrönter Märtyrer. Er nimmet, unter entsetzlichen Geheule und Wehklagen seiner Prinzen und Angehörigen, Abschied. Tritt darauf unter dem lästernen Getümmel des Volks, mit Schmach und Hohn bedeckt, auf die schwarz bekleidete Schreckensbühne, redet mit einer göttlichen Freudigkeit zu Gott, und wird enthauptet. Die Hölle frohlocket nach geschehenem Streiche, der Himmel wird schwarz und trübe, die Engländer beben. Cromwell aber bleibt unerschrocken, stellt ein Dankfest an, worauf eine kurze Anrede an Engeland beschließt.



Arien



Arten und Chorale  
zur Abwechslung bey dem Actus.

Zum Anfange.

Befiel du deine Wege, und was dein ic.

Nach der zweyten Rede.

Ich kan immer freudig seyn,  
So zu Hause, als auf Reisen,  
So bey Sturm, als Sonnenschein;  
Nuch auf ungebahntem Wege  
Trau ich meines GOTTES Pflege,  
Diese will ich ewig preisen. V. A.

Nach der dritten Rede.

Herr Jesu Christ, der du selbst bist sehr weit umher ge-  
zogen, ja welches Hand gemacht das Land, dazu die Wasser-  
wogen.

Lehr du uns auch, daß den Gebrauch des Reisens wir im  
Leben verstehen recht, als fromme Knecht, und nach dem Him-  
mel streben.

Nach der vierdten Rede.

Ein Adler ist stets auf die Jungen bedacht,  
Drum werden sie von ihm genährt und bewacht.  
So hat GOTT sein Volk durch die Wüsten geleitet,  
Und über dasselbe die Flügel gebreitet,  
Umschließt uns auch hier schon ein schlüpfriger Ort,  
So hält uns doch GOTT durch sein ewiges Wort;  
Die seinen soll niemals ein Unfall berühren,  
Er will uns durch Dornen in Canaan führen.

Solte

Nach der siebenden Rede.

Jesus bleibt mein Wunsch und Sehnen,  
 Droben ist mein Vaterland,  
 Woran GOTT sein Blut gewandt.  
 Sollte mich die Welt verwehnen?  
 Nein! wir sind hier nichts als Gäste,  
 Dort erwartet uns das Beste. B. A.

Zum Beschlusse.

Man lobt dich in der Stille, du hochehrhabner Zionsgott.  
 Des Ruhmens ist die Fülle vor dir, o HERR Zebaoth. Du  
 bist doch HERR auf Erden, der frommen Zuversicht; in Trüb-  
 sal und Beschwerden läßt du die deinen nicht. Drum soll dich  
 stündlich ehren mein Mund vor jedermann, und deinen Ruhm  
 vermehren, so lang er lallen kan.



































154899

ULB Halle

3

002 688 395




sk


AB 154899

R

VD77







B.I.G.

Farbkarte #13

DE *de*

# VIATORIS

AD CIVITATEM CAELESTEM TENDENTIS

28

PVEROS ATQVE ADOLESCENTES

AD RES DIVINAS ET HVMANAS

*ERVDIENDI STUDIO*

TAMQVAM OPERE ALIORVM CARITATIS

LONGE NOBILISSIMO

MEDITATIO

QVA

# AD ORATIONES

*IN MARTINEO HALBERSTADIENSI*

AD D. XIII, NOVEMB. HOR. IX, ANTEMERID. CIO 15CC XXXXVIII.

BENEVOLE AVDIENDAS

*INVITAT*

M. CHRISTIANVS FRIDERICVS HERTEL

AD AED. SPIR, S. PAST, ET MARTIN, RECT.

*HALBERSTADII LITTERIS FRIDERICIANIS.*

